



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xx. De digamis non ordinandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De digamis non ord. Tit. 20. 24

Qui autem seipfos sani absciderint, vel ab aliis ^{3. Ex par} abscindi adfectauerint, ad clericatus ordinem ^{te. j.} ne adcedunto. si in clero fuerint: cessanto. Si tamen ita natus, si infans in cunabulis sectus, si per hominum insidias eunuchus factus erit, si olli amputata in persecutione virilia fuerint, & dignus erit: nec in episcopum promoueri impeditor.

Alioquin nemo hac via obsequium se præ- ^{4. Signi-} stare deo creduto. si quis, cū id crederet, viri- ^{ficauit.} lia sibi fecit amputari: huic autoritate sedis apo. & eius cui mandabitur, prout ipse viderit expedire, sacerdotale officium absque altaris ministerio conceditor.

Quod si presbyter de consilio medici pericu- ^{5. Ex par} lum sibi imminere videns id faciet: liberè mini- ^{te. ij.} sterij sui officium exequitor, à sacri altaris administratione ne prohibetor.

De digamis non ordinandis. Tit. 20.

VT nec pœnitentes, ita nec digami, nec re- ^{1. Vt biga} pudiatarum mariti ad sacerdotium adscen- ^{mi.} dunto.

Immo qui presbyteri digami, aut viduarum ^{3. De bi-} mariti sunt, fuerunt, nec viuentibus vxoribus, ^{gamis.} nec defunctis ad diuinorum celebrationem contra doctrinam apostoli, & constitutiones ecclesiæ admittuntor.

Neque, si quis quantum in ipso fuit secundam ^{4. Nuper} mulierē, licet inutiliter, sibi matrimonio iunxerit:

De digamis non ordinandis.

7. *Ano
bis.*

Neque, si hypodiaconus, cum de iure non posset, de facto viduam mulierem duxerit vxorem (quanquam nec maritalis vinculum sit inter ipsos) cum iis contra doctrinam apostoli dispensator. affectus intentionis, quæ in matrimoniis spectatur, cum opere subsequuto sic punitor. In aliis, qui verè digami erunt, sacramenti defectus promotionem impedito.

5. *Debitū*

Consensus animorum & commixtionis corporum, quibus matrimonium perficitur, sacramentum eiusmodi habetur. Altero charitas, quæ consistit in spiritu inter deum & iustam animam, reliquo conformitas, quæ consistit in carne inter christum & ecclesiam, significantur. Idcirco mulierem ab alio ductam, sed minimè cognitam si quis duxerit: sacramenti huius signaculum deesse ne intellegitor. Cū nec illa, nec ipse carnem suam in plureis diuiserint, quomin⁹ hic ad sacerdotium promoueat, id olli ne impedimento esto.

6. *Quia
circa.*

Sed & presbyter, etsi plureis concubinas habesit, irregularitatē digamię incurrisse ne censeatur. cum talibus tanquam simplici fornicatione notatis episcopo quoad sacerdotalis officii executionem dispensare liceto.

2. *Super
eo.*

Digamorum autem ordinatores potestate & officio ordinandi, ordinati etsi ad sacros ordines promoti erunt, ipsis priuātor. vt ad hos promoueantur, vel remaneant in ipsis, contra apostolum ne dispensator. In ordinatore tamen dispensationem adhibere liceto.

De Clericis